FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorvm Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Conrads Oetingerus]

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216309

Visual Library

bitus, ut honeſtiſſimæ paſſim Vocationes ad eum confluerent, multæque Eccleſiæ corrivalium inſtar de eo certarent. Quanquam autem Georgius Fridericus, Marchio Brandenburgicus, alterâ vice illum ad Eccleſiaſtæ Aulici Munus expeteret; Comes quoque Honloicus Oeringam literis perhonorificis invitâſſet; Ipſe tamen ætate jam gravior in Patriâ & nidulo ſuo emori maluit, oblatasque functiones modeſtè deprecatus eſt. Satur vitæ à Domino JEſu, pro quo & ſanguinem fundere paratus fuerat, ad æternam requiem translatus eſt d. 27. Febr. 1559. cui Johannes Eſthoferus, Collega & Diac. ex Dan. XII. parentavit.

Hæc partim ex literis J. Gailingii, filii, ad J. Aſſum, Superint. Hohenloicum ſcriptis; partim ex relatione manuſcriptâ Germanicâ, M. Joannis Kartneri, Paſtoris olim Ilsfeldenſis, qui ea ex ſchedulis ab optimo Sene in Eccleſiâ Ilsfeldenſi relictis, collegerunt. Nos contracta in ordinem redegimus.

CONRADUS OETINGERUS, Illuſtriſſim Wirtembergiæ Ducis Ulrici Concionator Aulicus, Pforzhemii in Marchionatu Durlacenſi natus, (a) Salutaria circa reformationem hujus Ducatus conſilia fovit, anno 1535. Biennio poſt juxta Erhardum Snepfium B. D. Principis ſuis mandato ad Conventum Theologorum Smalcaldiæ ſe contulit, & Articulis propriâ manu ſubſcripſit. (b) Reverſus, ſupremum diem obiit, circa Annum 1540.

JACOBUS PFEFFINGERUS, *Parochus Zabergoviâ-Huſanus, Brackenheimenſis Inſpectionis; Natus fuit Baſileæ A. C. 1486. Literarum & religionis gra-

 tiâ

(a) *Aug. Brunnii lib. ſyn. p. m. 36.*

(b) *Vid. Libr. Concord.*

* *Clar. 1528. Nat. 1486. Obiit. 1585.*

tiâ anno ætatis 13. Romam peregrinatus eſt. Reverſus primò in oppidulo Owenſi, deinde Wilenſi prope Kirchemium ſub Teck. Sacrificulum egit, quemadmodum etiam in Wolfenweiler propè Friburgum. Inde in Saxoniam venit, ubi audito Luthero Evangelicam Veritatem agnoſcens, duodecim annis verbum Dei prædicavit paſſim. In Wirtembergicum Ducatum ab Illuſtriſſimo Duce Ulrico revocatus, Schorndorffæ primùm, mox Huſæ in Zabergoviâ; ulterius An. 1540. Saxenhemii, Anno 1542. Wimpinæ; & Wormatiæ Anno 1556. docuit. Illinc Huſam rediit Anno 1560. ibique perſeveravit usque ad ſuum obitum. Uxores habuit duas; Prior fuit nobilis Monialis ex familiâ Spiegeliorum de Walbach. Hanc duxit Anno 1522. ex Monaſterio Zimmern in Rieſſ prope Nördlingam. Poſterior fuit Catharina, Eppingâ Badenſis, ex quâ ſuſcepit Joſephum & Agnetem. Erat ſoror conjugis M. Leonhardi Engelhardi, Pædagogarchæ Stuttgardiani. Ipſe Vir fuit Luthero, Eraſmo, Zaſio, Philippo Melanchthoni & multis aliis literatis notus. Obiit Anno 1583. d. 17. Auguſti tribus tantum annis centenario minor; juxta relationem Godofredi Thummii, Succeſſoris ejus in officio, qui multos Patres ab ipſo dono accepit. Cui hæc de Pfeffingero debemus. L. Engelhardus ei in hunc modum parentavit.

Lapſa meæ vitæ cum ter ſex luſtra fuiſſent,
Inſuper & lapſus ſeptimus annus erat.
Commiſi moriens animam tibi, Chriſte Redemptor,
Commiſit proles mortua membra ſolo.

Ex Chron. G. Thummii Manuſcripto.

Martinus